

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

S. Teresia Virgo, magnæ S. Ignatij gloriæ causa extitit. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

puerum eiusdem infidelis : Malacæ filiam eiusdem recens ad Christum conuersi : Bembari puerulum quendam alterum Comorini : Punicali quendam qui per diem extictus iacebat : Antonium Mirandam propè Manaparum : Malacæ filiam eiusdem quæ iam per tres dies sepulta & humo obruta fuerat : Filium Mahometani Saranguij , qui triduum sub aquis demersus exiterat , similiter vita restituit ; ut omittam alios ab eo adhuc viuente suscitatos.

Post mortem totidem ferè mortuos suscitauit . Sanè in Processibus pro Canonizatione factis , circiter viginti quinque mortui ad vitam ab eo renocati leguntur . Sæpius cœcis visum restituit , energumenos liberavit : quām plurimos desperatos à medicis sanauit , leprosos mundauit , maris tempestates sedauit , naues à naufragio eripuit , claudis gressum reddidit , paralyticis sanitatem . Multa futura verisimile prædictis , cogitationes cordium introspexit , occulta & absentes certò cognouit . Pluribus in locis valde quæ distantibus , eodem temporis momento , fæse videndum præbuit . Diuersarum gentium linguis quas ante non didicerat , ita expediebat , apid , & eleganter loquebatur , ac si apud eos populos natus educatusque esset . Contigitque nō raro , ut dum apud circumfusam multitudinem diceret , variarum nationum homines illum audierint , sūa quisque lingua eodem tempore loquentem . Contigit etiam , ut vñā responseone , diuersis ethniciis interrogationibus satisficeret . Tanto Dei desiderio & amore rapiebatur , ut cypè ardente vultu , flagrantibus oculis , atque in cœlum defixis , diuinitus attolleretur à terra , ac cœlesti superaffluente lætitia , exclamare dulcissime cogeretur : *Sat est Domine , Sat est .* A quā maris salam in multis vasis nauis , facto signo Crucis , dulem reddidit . Cum Crucifixū æneum quem è collo detraxerat , ad fedantem maris tempestatem , in mare demersisset , & casuamisset , sequenti die in littore deambulans , vidit cancrum marinum . Diuinā vi illum ipsum Crucifixum chelarum mortibus ad se adferentem , cūmque cum receperisset , cancer illius in mare , unde exierat , se recepit .

Multis alijs miraculis editis , omni virtutum genere clarissimus diem obiit Anno Domini 1552.2. Decemb. in insula Sanciano propè Sinas . Corpus eius multo post mortem integrum inventum est , eti nec exenteratum esset , nec villo oleo delibutum , quin etiam viua in calce sepulturum . Quin etiam multis post obitum mensibus , viuidum , succo & viuo colore plenum , molle ac tractabile apparuit , & odorem mirificum ex se effundens , & nonnunquam etiam sanguinem . Ideoque statim ab obitu pro Sancto haberi & coli cepit , non à Christianis tantum , sed etiam ab ethniciis , crescente præsertim in dies magno miraculorum diuersi generis nu-

mero . Constat enim ex Processibus pro eius Canonizatione factis , plures mortuos ab eo esse post mortem resuscitatos . Plures lampades ante eius imaginem sine oleo , sola aqua superinfusa atisse , aci oleum continerent . Nonnunquam extictas , per se sine vita ope humana ignem concipiſſe varios à lepra , paralyſi , cœcitate , difſenteriā , canceris , vleribus , alijsque morbis aut desperatis , aut incurabilibus per eum , ciuiſque vel reliquias , vel imagines , liberatos .

Hic tantus vir , Indiarum Apostolus merito appellatus , tanto cultu prosequebatur sanctum IGNATIVUM , ut quoties eum coram domesticis nominaret adhuc viuentem , vel Sanctum , vel Beatum appelleret : dum verò litteras ad eum scriberet , genibus flexis p̄r reuerentia id faciebat , & in reliquiariâ thecā , nomen IGNATII adhuc viuentis , tanquam reliquiam Sancti eius magni , ex eius ad se epistola excissum , rebabat : ab eius consilio ac direktione , instar pueruli torus p̄debat , eximiam de IGNATII sanctimonia & prudentia opinionem fouens , & in omni occasione demonstrans . *Qua verba , inquit in re simili S. Chrysostomus Hom. 1. ad popul. omnem ipsius virtutem demonstrare sufficiunt .* Santorum enim iudicia , nec ad gratiam , nec ad mimicium fiunt , sed ab omni sunt dubitatione libera , &c.

#### CAPVT DECIMVMNONVM,

*Sancta Teresia Virgo , magna Sancti Ignatij gloria causa exitiit .*

**I**n gloria Patris est filius sapiens , teste Scriptura : magna S. IGNATII glorie causa fuit , Virgo SS. Teresia , PP. Carmelitarum Discalceatorum Illustrissima Fundatrix , excellensissimis virtutibus , ac plenè Heroicis splendida , intimam Chilii confuetudinem , per euæctissimam contemplationis gradus experta : mystica Theologiaz sciptione mirabilis : summorum laborum patientia clarissima : Carmeli reformatione , orbe toto laudataq; Christo in Sponsam accepta ; p̄z Diuinī amoris impetu , s̄cēp̄ extasi pafla ; ignoto Cherubini spiculo , p̄cordia traiacentis , admirabilis : inexplibili salutis animarum siti accessio ; intemerata Virginitatis flore candida ; Diuinis visionibus , prophetante spiritu , ac multiplici gratiâ sanitatum , in vita & post mortem , toto orbe celeberrima : hec inquam sanctissima Virgo , magna S. IGNATII glorie causa fuit ; quia Societas Iesu per S. IGNATIVM instituta , se filiam agnouit , eiisque opera & in Confessionibus sacris , & in Spiritualium rerum magisterio vña est , & multa , Deo reuelante in commendationem Societatis Iesu , cognouit , verboque ac scripto testata reliquias præsertim in vita sua , quam iussu cuiusdam iniugris Theologii ex Ordine S. Dominici confiserunt .

psit. Ex qua deinde Italice, Romae impressa anno 1601. & ab Archiepiscopo Auenionensi dedicata Clementi VIII. Pont. Max. hoc loco Latinè ad verbum reddita, quædam referuntur.

quod tractarem frequenter cum illis: quia tantum cognoscendo sanctitatem illorum conuersationis, erat magnus profectus, quem anima mea sentiebat.

*Capite 5. Pag. 47. dicta vita, sic Sancta Teresa scribit.*

Mansi in hac cœitate credo plusquam 17. annis, donec quidam Pater S. Dominicini valde doctus, mihi aperuit oculos in aliquibus rebus: & illi ex Societate Iesu totaliter mihi incusserunt tantum timore: scilicet non parui faciendi quedam peccata, qua quidam rudes Confessarij, dicebant S. Teresa, non esse peccata, aggrauando mea adeò mala principia, sicut postea dicam, &c.

*Cap. 23. Pag. 236. eiusdem vita, sic eadem Sancta Teresa scribit.*

Cum venissent huc Parres Societatis Iesu, quibus ego; non cognoscendo ullum illorum, eram multum addicta, tantum quia sciebam modum ipsorum ira viuendi, sicut orandi; sed non me inteniebam dignam loquendi cum illis, nec fortis ad obediendum illis, &c.

*Et infra in eodem Cap. Pag. 239. hec habet.*

Fuit propter maius bonum meum ut ego cognoscerem, & tractarem cum gente adeò sancta, qualis est Societas Iesu. Porro notandum est, Antonium Kerbekium Augustinianum, in Latina versione vita S. Teresa edita Moguntiae, Anno 1603, typis Io. Albini, omisisse hec, & ferre omnia alia, que sunt à S. Teresa in commendationem Societatis Iesu scripta. Cur autem omisit, non est difficile diuinare.

*Et Pagina 244.*

Affligebat quod domestici me viderent tractantem cum personis adeò Sanctis, vt erant illæ ex Societate, timens miseriorem meam, & videbar esse magis obligata, ne essem adeò misera, & vt me priuarem meis recreationibus otiosis.

*Et infra pag. 246. in ipso fine Capitis sic S. Teresa ait.*

Laudatus sit Dominus, quod mihi dederit gratiam obediendi meis Confessariis, (quamvis imperfecte) qui quasi semper fuerunt isti benedicti homines Societatis Iesu, &c. Cœpit postea anima mea sentire manifestam meliorationem, sicut nunc dicam.

*Cap. 24. pagina 249. de Societate sic scribit.*

Habitabam propè illos gaudendo valde, Lancisij Opus. Tom. 2.

*Cap. 33. pag. 364. de quodam itinere sibi à Provinciali imperato scribens ait.*

Consolabar multum, quod scirem in illo loco esse domum Societatis Iesu.

*Cap. 38. pag. 421. sic de Societate scribit.*

Cuius nomen in suo manu scripto originali ipsa S. Teresa expressit hoc loco, & oretenus idem narravit, teste Ribera in vita S. Teresa Roma impressa lib. 4. cap. 5. pag. 207. [quam vitam R.P. Ioannes à IESU MARIA Carmelita Discalceatus, in Compendio vita B. Teresa, Roma Anno 1609. impresso, & dicato Paolo V. Pontifici Maximo, vocat historiam sive dignissimam lib. 1. cap. 1. pag. 4.] Sic inquam S. Teresa de Societate scribit: De aliquibus Religiosis vnius certi Ordinis, & de toto Ordo simul, vidi magnas res, vidi illos in celo cum vexillis albis in manu aliquoties, & alias similes res magnæ admirationis: propter quod habeo dictum Ordinem in magna veneratione, quia longo tempore cœversata sum cum illis, & video illorum vitam conformem ei, quod Dominus de ipsis mihi monstrauit &c.

Hoc ipsum est in vita S. Teresa Latinè edita à Martino Martinez Colonia impressa, Anno 1620. à Ioanne Kinckio pag. 303.

*Eodem Cap. pag. vita sua eadem Sancta sic scribit.*

Cum essem in quodam templo cuiusdam Collegij Societatis Iesu, cum illis magnis afflictionibus quas sensi in animo & corpore, audiendo Missam, quam quidam Pater dicebat pro uno Fratre Societatis mortuo, vidi illum ire ad cælum cum multa gloria, & ex particuliari fauore cum comitari Maiestatem Domini nostri.

*Capite 39. Pag. 447. in fine capit. 39.*

Cum essem, inquit, in quodam templo cuiusdam Collegij Societatis Iesu, & communicaerant Fratres illius domus, vidi pretiosam vestem [seu vmbellam, Italice pallio] supra caput illorum, hoc vidi bis: sed quando alia personæ communicabant, hoc non videbam.

*Cap. 40. pag. 455. vita sua, sic loquitur de eadem Societate IESU, teste Ribera l. 4. c. 5. eius vita.*

Manens quadam vice in oratione cum magna recollectione, suavitate, & quiete, videbar esse circundata ab Angelis, & valde vicina Deo,

Ecc 3 capi

cœpi orare suam Maiestatem pro Ecclesia. Fuit mihi indicatus magnus profectus, quem debebat facere quædam Religio temporibus ultimis, & fortitudo cum qua debebat sustentare fidem, &c. Porro Ribera loco citato ponit hac ipsa verba, tunc sancta Teresia à Christo dicta de Societate IESV, vii ea verit Martini Martinez, pagina 307. Si vero ipsa scires, quas hi futuri sacerulis, Ecclesiæ laboranti modo, suppetias sint latu. Hanc sibi ait visionem etiam sapient oblatam. Et si vero in illa Teresia vita, qua typis edita circumfertur, suo hæc familia singillatim non indicetur nomine; in ipso tamen authographo, & in omnibus quos videre contigit, calamo exaratis libris, illius nomen aperte proditum est. Hæc quidem Redemptoris Iesu verba infra Cap. 40, rursus repetit, non tamen declarato Religionis ipsius nomine: quod tamen dixi, certissimum eū, & ipsiusmet Teresia ex ore acceptum. Ita Martinez.

Eadem audiens quadam die Sacrum Patris Balthasaris Aluarez Societatis Iesu, Confessarij sui, vidit eum toto tempore, quo Sacrum durauit, habuisse in capite diadema quoddam magni splendoris, ut scribit Ludouicus de Ponte in vita Patris Aluarez, Cap. 6. §. i. pag. 69.

Eadem Deo reuelante, cognovit dictum Patrem Aluarez Confessarium suum, fore salu, ostenditque illi Dominus noster præstantem quendam locum in cœlo, quem esset habiturus, & adiecit, quod ille tunc in terra esset ad eum in excelso perfectionis gradu constitutus, ut eo tempore nullus esset in altiori, & iuxta talen gradum reddendos illi gradus in cœlo, & quod ipse excederet in perfectione quosvis tunc in terra existentes. Quo tempore plurimi erant insignis sanctitatis in Ecclesiæ, & in ipsa Societate, & extra illam. Hanc cœlestem reuelationem ipsamet S. Teresia retulit, & Patri Balthasar, & multis alijs Societatis Patribus, & aliquibus suis Monialibus, alijsque personis religiosis, que id tanquam certissimum referebant. Quin etiam eandem reuelationem S. Teresia notauit in secretioribus suis chartis, que postea peruenientur ad manus Didaci Iepesii Episcopi Turiasonen sis, qui Sanctæ huius vitam Hispanicè edidit, Anno 1606. & Paulo V. dicauit, & in eis eam legit, alijsque legendam proposuit, ut scribit Ludouicus de Ponte Cap. II. vita Patris Aluarez §. 2. pag. 124. & 126.

Eadem S. Teresia interrogata à quædam sua Moniali, an sibi expediret cum Sancto isto Balthasare agere, respondit: Magna Dei erga te esset misericordia, nam talis est, cui anima mea præ alijs omnibus plus debet in hac vita, & qui præ alijs adiuvit me, ac direxit in via ad perfectionem. Ita scribit Ludouicus de Ponte in vita Patris Aluarez, Cap. II. initio paginæ 117.

Eadem S. Teresia multis annis post suam mortem, appartenens cuidam famulae Dei, S. Matri

Teresia valde deuotæ, probata virtutis & dei volens ipsam in quadam magna afflictione solarij, inter alia multa, hæc verba ei dixit: Et ego sum filia Societatis; habui in ea Confessarium, quem nunc in cœlo & agnosco, & veneror. Quod intellexit de Patre Aluarez, nam et si alios quoque ex Societate Confessarios habuit, hic tamen diuturnior fuit, ipsamque magna cura præ alijs iuuit ad praecella sua desideria executioni mandanda, & de quo ipsa glorabatur, quod Confessarium & Magistrum eum haberet. Ita Ludouicus de Ponte, in vita Patris Aluarez Cap. 8. §. 1. pag. 607.

Eadem S. Teresia Deo reuelante scivit motum 40. Patrum & Fratrum Societatis Iesu, continentia Brasiliam, & ab Hæreticis occisorum, statimque ac illos occiderunt, dixit Patri Balthasar Aluarez, suo Confessario, se eos vidisse cum coronis Martyrum in celo, ut scribit D. didacus Iepesius Episcopus Turiasonen sis in vita S. Teresia libro 3. c. 17. pag. 152.

Eadem vidit animam Patris Gutierrez ex eadem Societate Iesu, in Gallia defuncti pro fide, ex ærumnis in carcere toleratis, laureas Martyrij insignem in cœlum deferri triumphalem, quemadmodum scribitur in vita Patris Suarez impressa Lugduni, Anno 1620, initio Tomi I. de Gratia.

Porrò Patres è Societate Iesu, qui vel Confessarij S. Teresia fuerunt, vel eius spiritum ac reuelationes ipsamet poscente eaminarunt, & approbarunt, hi commemorantur à Scriptoribus vel translatoribus vita S. Teresiae.

Pater Frâscus Borgias, P. Antonius Araoz, P. Aegydius Gonzalez, P. Balthasar Aluarez, P. Martinus Gutierrez, Pater Salazar, P. Ripalda, P. Paulus Hernandez, P. Rodericus Aluarez, P. Satanderius, P. Franciscus Ribera, P. Henricus Henriquez, P. Bartholomæus Perez, & alijs rerum diuinarum consultissimi, quos nominatos videre lector poterit in Compendio vita B. Teresiae Romæ edito, à R. P. Fr. Ioanne Carmelita Discalceato, lib. I. cap. 1. pag. 7. & 8. & lib. I. cap. 10. pag. 51. & libr. 4. cap. 4. & 5. pag. 227-231, apud Riberam lib. 4. cap. 7. pag. 316. Romanæ editionis Italicae. Et in Compendio Italico Romæ hoc anno edito, pagina 8. Et in Praefatione Cosimi Gacci præfixa vita Italica S. Teresia Et in epistola dedicatoria vita eiusdem Latina à Ioan. Kinchio Colon. impressa.

Quin etiam initium intimæ & maioris cum Domino familiaritatis & ardentissimæ necessitudinis Sanctam Teresiam habuisse, constito & operâ cuiusdam è Societate Confessarij sui, ita testatur R. P. Ioannes à Iesu Maria Discalceatus in Compendio vita eius lib. I. cap. 10. pag. 51. Sub id tempus, inquit, eius Confessarius Abolâ dilectus, quod eam non parum affixit, ratam vix alium ex sententia successorum, Affuit tamen alias

alius ex eadem Societate, qui cum animaduerteret B.V.Teresiam pro ingenij nobilitate, ijs à quibus diligebatur amicitia professione, vicem rependere, quæ affectum erga Diuina diminuere posset, suadere cœpit, ijs necessitudinibus nuntium remitteret. Res subauctera visa est, obtendebat enim ingratitudinem. At Pater ille orandum dixit, & Spiritus sanctus hymnum per dies aliquot ad lucem impetrandas ininxit. Avidè tem agressa est, & die quadam cum pro re longius orasset, subitaneo raptu, quemvisque ad id tempus expērta non fuerat; propè sensibus alienata, in animo centro, audiuit verba hæc: Nolo iam cum hominibus, sed cum Angelis familiariter verseris. Quæ sanè verba cordi Virginis robur tantum indiderunt, ut quod annis plurimis, nauitare multâ, consilijs oportuni nequiverat, momento vno peregerit. Hinc clementissimus Deus eam alloqui cœpit, & ciberrimè consuevit. *Hæc ille.*

Etsi ego huius Opusculi Scriptor in omnibus editionibus Hispánicis & Italicis, vita Sanctæ Teresiae, & Romæ aliquoties, & Neapoli, ab ipsam scripta & postea impressa, legerim hæc omnia, quæ in hoc Capite recensui, hoc non contentus, cum resciuissent aliquos Religiosos (quorum nominibus parco) in hoc Regno non semel coram secularibus suis confiditibus sparsisse hæc que recensui, non esse vera, post felicem electionem Adm.R.P.N. moderari Propositi Generalis Vincentij Cartasa, rogaui R.P.Petrum de Mendoza, tunc quoque à nobis eleatum Assistentem Hispaniæ vt committeret alicui Patri in Hispania, vt adiret bibliothecam celebris in Hispania Monasterij Regij S.Laurentij, dicti Erculari, in qua bibliotheca tanquam pretiosus thesaurus conferatur vita S.Teresiae, propria ipsius manu scripta. Cōmisit hoc negotium R.P. Assistentis vni è nostris Patribus, qui adiit hoc Monasterium, & diligenter curauit ex vita Originali S.Teresiae fideliter transcribi hispanicè, omnia illa, quæ in hoc capite ex vita eius Romæ bis impressa, recensui. Hac re confessæ & authenticæ in Publicum Instrumentum relata coram testibus, misit mihi R.P. Assistentis hoc Instrumentum Authenticum à quatuor Notariis Apostolicis iuratis subscriptum, cum solitis clausulis & solennitatibus. Scriptus hoc Instrumentum Notarius Apostolicus Hector Dela Barrera, & Montenegro, tanquam is qui coram testibus aliquot Religiosis illius Monasterij, in illa bibliotheca hæc omnia in hoc capite à me narrata descripsit ex vita S.Teresiae propria eius manu scripta. Scriptus autem authenticæ hoc Instrumentum anno 1646, decima die Mensis Septembri, ad instantiam R.P.Fr. Ambrosij de S.Maria, coram testibus Iosepho de Penalber, & Dominico Gonzales de Argumosa, & Alphonso Gomez, Religiosis dicti Monasterij. Porro textus hispa-

nicus ab hoc Notario transcriptus, plane ad verbum congruit cum mea versione latina in in hoc Capite à me posita. Accedit, quod dictus Notarius Apostolicus in principio sibi Instrumenti expressè facit mentionem huius Capitis Decimoni, & pagina 174. Opusculi de Gloria S. Ignati Antwerpia impressi Anno 1629. & alterius textum Hispánicum S.Teresiae cum Latina mea narratione concordat. Nullus ergo, nisi malignus & invidus hæc à me scripsit in dubium vocare potest.

## CAPT VIGESIM V.

*De Gloria S. Ignati ex S. Philippo Neri derivata.*

**A**Nequam ostendamus modos, quibus S. IGNATIO gloria ex S. Philippo Neri accessit, breuiter declarandum est, quis & quantus vir fuerit Sanctus Philippus Neri. Fuit is fundator Congregationis Oratorij, ex qua tum viri alii clarissimi, tum celeberrimus ille Annalium Ecclesiasticorum Scripтор, Cæsar Baroniūs, & Thomas Bozzius author duorum Tomorum de signis Ecclesia, prodierunt. Horum Spiritualis Magister ac Pater B.Philippus, cum omnibus Christianis virtutibus mirificè excellenter, virginitatē illibatam perpetuā seruauit, neque id solum, sed etiam suauissimum pudicitia odorem, factoremque impudicorum hominum diuinitatis sentiebat. Prophetia dono valde excelluit, multa occulta & absentia, & cordium arcana cognovit, multa futura verissimè prædicti Christi Angelorum, Sanctorumque apparitionibus frequenter recreabatur. Viens ipse plurimis apparuit, & periclitantes opem tolit. Agros innumeros sanauit, morti proximos à morte liberavit; mortuum viuens ad vitam reuocauit, alterum post mortem, vi omissam alia eius insignia miracula. Sæpe orans vel Sacrum faciens, toto corpore à terra sublatum, visus est: innumeros è peccatorum soribus eruptos ad piam religiosamque vitam traduxit; in maximaque apud omnes veneratione vixit. Tandem plenus meritis, octogesimo sua ætatis anno Romæ obiit 26. Maij 1595.

Hic tantus vir adeo in tota Ecclesia Dei celebris & à Deo Sanctorum gloria sublimatus, ut vocatur in Oratione approbata à Sacra Rituum congregatione, erat familiaris S. Ignatio, & quo ante institutam à se Congregationem Oratorij Romani, perit in nostram Societatem recipi: quemadmodum eo mortuo illius intimi, Cardinalis Crisostomus & noster Bellarminus, se id à S.Philippo audirent narrarunt. Ego sanè anno 1596, hoc publicè à Bellarmino, tunc nostro Rectore in Collegio Romano audiui, immo & causam ei à S. Philippo natratam tanquam

Ecc 4 sibi